Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Liber

Lo igitur et ego contra vos, et
inducam illos in terram hostilem
donec erubescant incircumcisa mente
eorum. Tunc orabunt pro impietate
bonorum suorum, et recordabor fœderis
mei, quod pepigi cum Iacob et Isaac et Abraham. Ter
ra quoque memor erit. Cum cum re
licta fuerit ab eis placebit
sibi in sabbatis suis, parens
solitudinem propter illos. Ipse
vero rogabit propter suos, eo
quod abiecerint iudicia mea
et leges meas despexerint.
Attamen etiam cum esset in terra
hostili, non penitus abiecit eos,
neque prorsus despexit ut consumeret
et irritum faceret pactum meum cum
eis. Ego enim sum dominus deus eorum, et
recordabor fœderis mei pristini,
quod eduxi eos de terra egypti
in conspectu gentium, ut essem deus
eorum. Ego dominus deus. Hæc sunt
præcepta atque iudicia, et leges
quas dedit dominus inter se et
inter filios israel in monte
sinai per manum moysi. Capm

Locutusque est dominus ad moysen dicens
loquere filiis israel et dices ad
eos. Homo qui votum fecerit
et voverit et responderit deo
sua aliqua sub estimatione dabit
pretium. Si fuerit masculus a vi
gesimo anno usque ad sexage
simum annum dabit l siclos
argenti ad mensuram sanctuarii
si mulier xxx. A quinto autem anno
usque ad vicesimum masculus da
bit xx siclos, femina x. Ab
uno mense usque ad quintum annum
si masculus dabitur v siclis, si
femina tres. Sexagenarius
et ultra masculus dabit xv
siclos, femina x. Si pau
per fuerit et estimatione reddere non
valebit stabit coram sacerdote,
et quantum ille estimaverit ut vi
derit eum posse reddere tantum
dabit. Animal autem ad immo
lari pro domino, quicquid voverit
sanctum erit, et mutare non po
terit, idest nec melius malo
nec pejus bono. Quod si mu
taverit et ipsum quod mutatum
est, et illud quod pro mutatione e
sse cœperit erit domino. Aut si
mundum, quod immolari domino
non potest, quicquid voverit adduc
et ante sacerdotes. Qui di
iudicabit utrum bonum an malum
sit statuet pretium. Quod si duc
voluerit is qui offert addet
super estimationem quintam partem. Do
si voverit domum suam et sanc
tificaverit domino, quidcumque
sacerdos, utrum bona an mala sit,
et iuxta pretium quod ab eo fue
rit constitutum venundabitur. Sin
autem ille qui novavit voluerit
redimere eam, dabit quintam pte
estimationis suæ et habebit domum.
Quod si agrum possessionis suæ
vovit et consecravit domino iuxta
mensuram seminis estimabitur
pretium, si xxx modiis, ordei
seminis terra, et l siclis ven
det argenti. Si statim ab
anno iubileo vovit
agrum quanto valet pro tanto
estimabitur, sin autem post aliquantum
temporis, subputabitur sacerdos pe
cuniam iuxta annorum numerum, qui
reliqui sunt usque ad iubileum,
et detrahet ex pretio. Quod
si voluerit agrum ille redimere
qui vovit, addat quintam pte
estimationis pecuniæ, et possidebit eam

Sin autem voluerit